

**Zeitschrift:** Anzeiger für schweizerische Geschichte und Alterthumskunde =  
Indicateur d'histoire et d'antiquités suisses

**Band:** 2 (1861-1866)

**Heft:** 11-3

**Artikel:** Ein Gratulationsbrief an Aegidius Tschudi nach seiner Wahl zum  
Landmann

**Autor:** [s.n.]

**DOI:** <https://doi.org/10.5169/seals-544765>

#### Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

#### Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

#### Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

**Download PDF:** 09.08.2025

**ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>**

## Ein Gratulationsbrief an Aegidius Tschudi nach seiner Wahl zum Landammann.

Von dem Besitzer der beiden Briefe an Tschudi, welche in Nr. 3 des Anzeigers, Jahrgang 1864, abgedruckt sind, ist uns nachstehender Brief im Original zur Einsicht und Mittheilung hierorts anvertraut worden.

*Clarissimo et Celeberrimo viro Domino Aegidio Tschudi, Reipublicae Claronensis Praefecto, Augustinus Planta Luganensis S. D. P.*

Magnam praestantissime vir cœpi voluptatem, dum nudius tertius Josue Fontanus Urianensis protoscriba noster, et compater meus dulcissimus multa mecum conferret (ut sua est in me humana et familiaris persaepe consuetudo) et me de Tui ad Praefecturae Reipublicae tuae fastigium electione certiorem faceret; mecumque Virgilianum illud revolvens dicebam:

*O lux Dardaniae, spes o fidissima Teucrum,  
Quae tanta tenuere morae!*

Bene medius fidius optimaque ratione in democratia illa decreverant electores, cum philosophiae receptaculum, ingeniorum peregrinorum hospitium, castitatis schutum (sic!), morum parentem optimorum, sapientum florem, vas doctrinae, continentiae speculum, Religionis ideam, pacis conservatorem, in Reipublicae suæ summum moderatorem assumpserunt, cuius opera Foedus helveticum suam retinuit dignitatem, dum amplitudo Tua tot studiis, et laboribus conservationi unionis illius antiquissimae tanta cura, et vigiliis operam dedit, respiciens illud:

*Si vestram pacem discordia dissuit, immo  
Rumpit, vestra perit virtus nam stare negatur  
Occasum nesciens in se divisa potestas.*

Magistratus enim te virum heroicum demonstrabit, et omnium expectationi probitas tua, et integritas respondebit. Plura ad haec scribere possem, nisi adulatio notam tamque olei venditori mihi inuri posse suspicarer, et mellis appositi in omni sacrificio prohiberetur. Proinde Amplissime Praefecte Tibi, et Reipublicae tuae summopere gratulandum duxi, a quibus meis et in Reipublicae nostrae negotiis tanta benignitate, et benivolentia semper exceptus fui, ut officio relationis gratiarum me prorsus imparem noverim. Agam eis tamen indesinenter gratias immortales, meque pauperculum subditum Tua, et Tuorum (Dominorum et Superiorum meorum) humanitate fretus ut commendatum habeant etiam, atque etiam rogo. Vale Decus Helvetiae, nomine meo strenuum Ducem peditum Jodocum, et doctissimum Baldearem fratres Tuos et Dominos meos observandissimos plurimum salvere jube. Datum Lugani quarto Kalendas Junii anno instauratae salutis MDLVIII.

Adresse: Celeberrimo et Praestantissimo viro Domino Aegidio Tschudi Praefecto Claronensi benemerito Domino et Patrono suo observandissimo zuo Glarus.